

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA GAI PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

berabit nos, ipse est enim benedictus a seculo usque in seculum, & regni eius non erit finis. Data, xiii. kalen. Octobris. Caro vero & carino. iiii. cc. concess.

INCIPIUNT DECRETA GAI PAPE.

A



ALECTISSIMO FRATRI FELICI EPISCOPO GAIUS,
Directas ad nos tue charitatis epistolas plenas catholice inquisitionis sollicitu-
dine gratiter accepimus, benedicentes domini nostri demetia, quia tales extremis
mundi partibus dignatur suis ouibus providere pastores, per quos & pascuis
valeant salutaribus abundare, & ab iniqui lupi rapacitate seruari, ut insidias ne
queant eius subreptionis incurrere. Vnde certum est quia promissis vos beati-
tudinis gratia subsequatur, quando a vobis celestium perfectio doctrinarum
tam votiva sciscitatione perquiritur, scriptum est enim. Beati qui perscrutantur testimonia eius, & in
toto corde exquirunt eum. Hoc ergo frater charissime propositum tue consultationis tota mente tracta-
tes, de te quoque provenire confidimus, qui regulam catholice fidei iisdem studeas tenere vestigiis, quibus
eam in apostolica sede cognoscis esse fundata. Et quavis sonus eorum toto orbe diffusus, & usque ad
fines orbis terre verba eorum distensa dilectionis tue corda christo probauerunt esse fidelia, tamen si
quid ex his in ecclesia que tue gubernationi domino auxiliante commissa est, nec dum plena luce cla-
ruerit, ad eundem fontem de quo illa salutaris manarat limpha recurritis, id est quod debita charitate su-
mus amplexi, quia fiducialiter de his vnde apud eos observantiam esse dixistis ambigua nostra vo-
lulistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino salutantes, de singulis quid iuxta
catholicam disciplinam teneat apostolice sedis auctoritas, subiectis aliquibus etiam sanctarum capitulis re-
gularum te credimus instruendum. Primo quidem scias paganos & hereticos non posse christianos
accusare, aut vocem infamationis inferre, deinde nemo unquam episcopum apud iudices seculares aut alios
clericos accusare presumat. Et si quis episcopus presbyter aut diaconus vel quilibet clerici apud epis-
copos (quia alibi non oportet a qualibet persona, & que rite recipienda est) fuerint accusati, quicumque
fuerit siue ille sublimis vir honoris, siue vilius alterius dignitatis qui hoc genus illaudabilis intentio-
nis arripuerit, noverit probationis documenta se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi perso-
nas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamie sustinere, ut
damno pudoris estimationis dispendio, discat sibi aliene veredie impune insidiari saltem de cetero non li-
cere. Nam qualiter ad concilium veniatur aut qualiter de suis rebus expoliatis, vel eiectionis a sedibus
propriis, aut qui accusatores sunt recipiendi, qui ve non sint, aut qualiter eiectionis & expoliatis sint om-
nia legibus reintegranda que eis ablata sunt, quia priusquam hoc factum fuerit nullum crimen eis obicere
poterit, & qualiter illis inducie post integram restorationem annuenter vel sex mensium indulgentie
sint, & qualiter sua omnia licenter & pacifice absque vilius gravi impedimento disponere, & suorum ami-
corum & ecclesiasticorum patrum conciliorum uti debeant sufficienter ab apostolis suorumque decessoribus ac
nostris predecessoribus statutum esse putamus, super his autem non reor amplius nunc fore disputan-
dum, nisi si surrexerint talia que adhuc non sunt manifesta. Si eorum autem statuta non habueritis mittite
te fidelissimos scriptores qui hec coram fidelibus testibus excipere vobisque reportare sub stipulatione va-
leant. **C**eterum ut satis faciamus consultiis tuis de verbo incarnationis & veritatis quicumque illi sunt ita obce-
cati & a lumine veritatis alieni, ut verbi dei a tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant in
quo sibi christianum nomen usurpent, & cum euangelio veritatis equa ratione concordet. Si per virgi-
nis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest euange-
lista dicente quod verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Ita negari non potest (beato apo-
stolo Paulo predicante) quod deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, que autem reconciliatio pos-
set esse qua humano generi repropiciaretur deus. si hominis causam mediator dei hominumque non
susciperet. Quia vero ratione veritatem mediatoris implet, nisi qui in forma dei equalis est patri in
forma servi particeps esset & nostri, ut mortis vinculum unius prevaricatione contractum, unius morte qui
solus morti nichil debuit solueretur. Effusio enim iusti sanguis christi tam fuit dives ad precium, ut si uni-
versitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diabolus vincula retineret, quoniam sicut apostolus ait ubi
abundavit peccatum superabundavit & gratia. Et cum sub peccati prejudicio nati potestate acceperint ad
iustitiam renascendi, validum factum est donum libertatis, quam debitum servitutis, quam itaque sibi in huius sacramenti
presidio

B

presidio sp̄e relinquunt qui in saluatore nostro negant humani corporis veritatem. Quis est vt aīf apostolus q̄ tradidit semetip̄m p nobis oblationē & hostiā deo i odorē suauitatis. Aut qd̄ vnq̄ sacri-
ficiū sacratū fuit, quā qd̄ ver⁹ & etern⁹ pōtifex altari crucis p̄molationē sue carnis iposuit. Licet i cō-
spectu dñi p̄ciosa iustorū mors fuit, nulli⁹ tñ i fontis occisio redēptio fuit mūdi. Accepit iusti nō de-
derit coronas. De fortitudine fidelīū exēpla nata sunt patiētie nō dona iustitie, singulares qppe in sin-
gulis mortes fuerūt, nec alteri⁹ qsq̄ debitū suo sine p̄soluit, cū fili⁹ hoīs vn⁹ sol⁹ dñs nr̄ Iesus xp̄s q̄ ve-
re erat agnus imaculat⁹ extiterit, in quo oēs crucifixi, oēs mortui, oēs sepulti, oēs sunt etiā suscitati. De
q̄bus ip̄e dicebat cū exaltatus fuero a terra oīa trahā ad me ip̄m. Fides etenī iustificās ip̄ios & creans
iustos ad hūanitatis retracta p̄cipiū i illo acquirit salutē in quo solus hō se iuenit inocētē, liberū hñs p
grām dei de eius potētia gl̄ari, q̄ cōtra hostē hūani gn̄is in carnis nr̄e humilitate cōgressus his victo-
riā suā tribuit i quorū corpe triūphauit, licet ergo in vno dño nr̄o Iesu xp̄o vero dei atq̄ hoīs filio ver-
bi & carnis vna p̄sona sit, que inseparabilr atq̄ indiuisē cōes habeat actiōes, itelligēde tñ sunt ip̄orū ope-
rū q̄litates. Et sic vere fidei cōtēplatiōe cernēdū ē ad que p̄uehatur hūilitas carnis, & ad que iclietur al-
titudō deitatis, quid sit qd̄ caro sine verbo nō agit, & quid sit qd̄ verbū sine carne nō efficit. Sine verbū
enī potētia nec cōcipet virgo nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta p̄anis infantia nō iaceret. Si
nē verbū enī potētia nō adoraret magi puerū stella indice declaratū, sine veritate carnis nō iuberetur
trāsferrī in egyptū puer & ab herodis p̄secutione subduci. Sine verbū potētia nō diceret vox p̄is mīf-
sa de celo, hic est filius meus dilectus in quo michi complacui ip̄m audite. Et sine veritate carnis non
p̄testaretur Iohānes, ecce agnus dei, ecce q̄ tollit p̄ctā mūdi, sine verbū potētia nō fieret reīegratio de-
bilitū & viuificatio mortuorū, & sine veritate carnis, nec cibus ieiunio, nec sōnus eēt necessari⁹ fatigato,
postreō sine verbū potētia nō se dñs p̄i p̄fiteretur eq̄lē & sine veritate carnis nō idē diceret p̄rem se eē
maiorē, cū catholica fides vtrūq̄ suscipiat vtrūq̄ deffēdat, que scdm cōfessionē bti petri apli vnū xp̄m
dei filiū & hoīem credit & verbū, Quāuis itaq̄ in illo ex quo in vtero virgīs verbū caro factū ē nichil
vnq̄ in vtraq̄ forā aliqd̄ diuisiōis extiterit, & p̄ oīa icremēta corpea vni⁹ p̄sonē fuerit toti⁹ ip̄is actiōes
Ea ip̄a nāq̄ (vt ita dicā) que inseparabilr facta sunt nulla cōmixtiōe cōfundim⁹. sed qd̄ cuiusq̄ forē sit ex
operū q̄litate sentim⁹. Dicāt ergo isti hypocrite qui cecis mētib⁹ lumē nolūt recipe veritatis i qua forā
crucis ligno dñs maiestatis xp̄s affixus sit, qd̄ iacuerit in sepulchro, & reuoluto lapide monumētī que
tertia die caro resurrexit. Et quia post resurrex. suā nō credētes quosdā discipulos arguebat & hesitatio
nē cūctatiū cōfutabat cū diceret, palpate & videte quia sp̄s carnē & ossa nō hēt sicut me videbitis hñe
& aplō Thome. Infer manū tuā i lat⁹ meū & vide man⁹ meas & pedes & noli eē incredul⁹ sed fidel⁹, q̄
vtiq̄ manifestatione corpis sui iā hereticorū mēdacia destruebat, vt vniuersa ecclia xp̄i innouāda do-
ctrinis hec nō sibi dubitaret credēdū, qd̄ apli suscepērāt p̄dicandū, ac si in tantā lucē veritatis tenebras
suas heretica obturatio nō reliquit, ondāt vñ sibi sp̄em vite polliceātur eterne, ad quā nisi p̄ mediātore
dei & hoīm hoīem Iesum xp̄m nō pōt pueniri. Sicut ei ait bt̄s Petr⁹ apls nō ē aliud nomē datū hoī-
bus sub celo i quo oporteat nos saluos fieri nec ē redēptio captiuitatis hūane nisi i sanguie ei⁹ q̄ dedit se
metip̄m redēptionē p̄ oīb⁹. & qui sicut p̄dicat apls Paul⁹ cū i forā dei eēt nō rapinā arbitrat⁹ ē esse se
equale deo, sed semetip̄m exinanīuit formā serui accipiēs, i similitudinē hoīm fact⁹ & habitu iuēt vt hō
humiliauit semetip̄m fact⁹ obediēs p̄i vsq̄ ad mortē mortē autē crucis, p̄pter qd̄ & de⁹ exaltauit illū
& donauit illi nomē qd̄ ē sup̄ oē nomē vt i noīe Iesu oē genu flectatur celestīū terrestīū & ifernorū, &
oīs lingua cōfiteatur quia dñs Iesus xp̄s i gl̄ia est dei p̄is. Cū ergo vnus sit dñs Iesus xp̄s & vere deita-
tis vereq̄ hūanitatis i ip̄o vna p̄fusa eadēq̄ p̄sona sit, exaltationē tñ q̄ illū (sicut doctor gētīū dixit) ex-
altauit de⁹ & dōauit illi nomē qd̄ ē sup̄ oē nomē ad eā itelligim⁹ p̄tere formā que ditāda erat tāte gl̄i-
ficatiōis augmēto. Informa qppe dei eq̄lis erat filius p̄i, & iter genitorē atq̄ vnigenitū nulla erat i es-
sentia discretio nulla i maiestate diuersitas nec p̄ incarnationis misteriū aliqd̄ decesserat verbo, qd̄ ei pa-
tris mūere redderetur. Forā autē serui p̄ quā ip̄passibilis deitas sacramētū magne pietatis ipleuit hūana
hūilitas ē i gl̄ia diuie pt̄atis euecta ē, i tāta vnitate ab ip̄o cōceptu virgīs deitate & hūanitate cōserta, vt
nec sine hoīe diuina nec sine deo agerētur hūana. **¶** Propter qd̄ sicut dñs maiestatis dicitur crucifixus **A**
ita q̄ ex sc̄p̄tēmitate eq̄lis ē deo dī exaltat⁹ q̄ inseparabilr manēte vnitate p̄sōe, vn⁹ atq̄ idē ē & tot⁹ hoīs
fili⁹ pp̄ carnē, & tot⁹ dei fili⁹ pp̄ vnā cū p̄re deitate. Quicqd̄ ei i tpe accepit xp̄s scdm hoīem accepit, cui
que nō habuit cōferretur, nā scdm potētia ditatis idifferēter oīa q̄ hēr p̄t ē hēt fili⁹, & q̄ i forā serui a p̄re
accepit eadē forā dei ēt ip̄e dōauit, scdm dei ei formā ip̄e & p̄ vnū sūt. Scdm formā serui nō venit facē
re volūtate suā, sed volūtate eius q̄ misit eū, scdm formā serui tristis est aīa ei⁹ vsq̄ ad mortē. Et idē ip̄e
sicut apostolus predicat est diues & pauper, diues quia euāgelista dicente in principio erat verbum &
k. ii,

verbum erat apud deum & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nichil, pauper vero quia propter nos verbum caro factum est & habitavit in nobis. Que autem est exinanitio eius queve paupertas nisi forme servilis acceptio per quam verbi maiestate reuelata dispensatio humane redemptionis impleta est? Nam quia captivitas nostre resolui originaliavincula non poterat, nisi existeret homo nostri generis nostre que nature quem peccati preiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo cirographum letale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus preordinatum, ita est in plenitudine temporis perfectum, ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se versari hereticorum manifestat impietas, cum specie diuinitatis honorande humane carnis in Christo denegant veritatem, & religiose existimant credi si dicatur in saluatore nostro verum non esse quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula percurrerem mundus sit deo reconciliatus in christo, ut nisi verbum dignaretur caro fieri nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum christiane fidei magno ut heretici volunt decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse fantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli, & preclari ecclesiarum quique doctores qui ad martyrii coronam vel ad confessionis meruerunt gloriam peruenire in huius fidei lumine splenduerunt consonis utique sententiis intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis & carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua diuinorum voluminum portione heretica impietas se estimat adiuuari, que veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non propheta precinere non euangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Querant per omnem seriem scripturarum quo tenebras fugiant, non quo verum lumen obscurent, & per omnia secula ita veritatem inueniunt coruscantem, ut magnum hoc mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum literarum nulla pars sileat sufficit quedam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & sincera intelligentia luce prospiciat quod in filio dei qui se incessabiliter filium hominis & hominem profitetur non sit christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum, quoniam sicut ait beatus apostolus, magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo assumptum est in gloria. ¶ De episcoporum vero & presbyterorum diaconorumque & sequentium clericorum ordinationibus sanctos apostolos & successores eorum ac precipue anacletum & preterea alios sufficenter statuimus cognoscimus, & idcirco non est necesse nunc replicari nisi quod illi non statuerunt. Illud tamen nos statuimus vobis & omnibus seruare mandamus, ut ad ordines ecclesiasticos sic accedant in ecclesia que ordinari meretur, id est si quis episcopus esse mereretur sit prius hostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur accolitus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur episcopus ordinetur. Et regiones sicut in hac urbe fecimus per singulas urbes que populo se fuerit diaconibus diuidetur. Et quecumque difficiles questiones per singulas prouincias exorte fuerint semper ad sedem apostolicam referantur, bene vale frater & ora pro nobis. Data, kalen. Marcii, Diocletiano, & Constantio vero. iiii. cc. concess.

DECRETA MARCELLINI PAPE.

B



ARCELLINVS EPISCOPVS SANCTE ECCLESIE
catholice urbis romae Salomoni coepo in domino salutem, Quam laudabiliter per catholice fidei veritate mouearis, & quam sollicitè domino gregi deuotione officii pastoris impendas tradita nobis per diaconum tuum finitatis tue scripta demonstrat, quibus noticie nostre insinuare curasti quod errorum morbi in regionibus vestris merito exorti sunt. Nam epistolae sermo & comonitorii series & libelli tui textus eloquitur, quod quidam errore decepti dicunt in patre maiorem filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur & quod filius nulla cum patre communione operam habeat, & quod illud propheticum de solo patre dictum sit, Sciatis gentes quoniam nomen tibi deus, tu solus altissimus super omnem terram, siue quod ideo minor est filius, quia ipse in cruce pedes dixit, deus deus meus quare me dereliquisti. Quibus competens & congruum reddatur responsum, quia sicut pater ita etiam filius non solum christianis temporibus verum etiam a priscis temporibus sacerdotibus variis multisque modis per baptismum sacrificium fuisse oblatum, Daniele propheta dicente. Non est locus (inquunt tres pueri) ad sacrificandum nisi tuo & inuenire misericordiam, sed in anima contrita & in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocausta mactata arietum & taurorum agnorumque pinguium ita fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi, & ut filium fuisse agnoscas cui hi tres pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni qui

tyranni qui eos in fornacem ignis mitti preceperat confessione addisce qui se cum tribus quartum in ipso estuatis camini incendio sociatum perdidit conspexisse. Nonne inquit tres viros misimus in fornacem videlicet: Et dixerunt ei, Vere rex, & dixit. Ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in medio ignis, & aspectus quartus similis filio dei est. Idem dei filius per prophetam loquitur dicens. Tibi offerent reges munera. Et ut hec de filio dei se dixisse doceret dixit, Reges tharsis & insule munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Et ut hec omnia superius designata Christo filio dei doceamus fuisse oblata. In natiuitate eiusdem dei que secundum carnem facta est probamus fuisse completa euangelio comprobante, Cum natus esset Iesus in Bethleem iude in diebus regis Herodis Ecce magi ab oriente venerunt hierosolimam dicentes, ubi est qui natus est rex iudeorum? Et infra, Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera Aurum, Thus, Myrram. Sacrificium itaque quod a christianis sacris altaribus admouetur non solum deo patri, sed etiam filio communi deuotione offertur, quoniam nec pater sine filio potest offerri, neque filio sine patre sentiri.

Quod autem communem operam habeant pater & filius hoc modo docetur dum primi hominis plasma deus ad imaginem dei communi operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicens. **F**aciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item ibi, Descendamus & confundamus ibi linguam eorum. Et pluit dominus a domino ignem & sulphur super Sodomam. Et in euangelio, Pater meus usque modo operatur & ego operor, Similiter & opera que ego facio non sunt mea, sed eius qui misit me patris, que omnia non discretam patris & filii potentiam monstrant, sed vnam diuinitatis operationem annunciant. Et is qui paternum opus exequitur a paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex euangelio filium dei cognoscere altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans hoc de solo deo patre dictum poneret testimonium cum scriptum sit, Tu puer propheta altissimi vocaberis. Et ut filius cum patre indiscrete in altissimis habitasse credatur Salomonis testimonio comprobatur, Ego sapientia (inquit) habitavi in altissimis & thronus meus in columna nubis, Et in psalmo nonagesimo secundo. Tu autem altissimus es in eternum domine, quoniam ecce inimici tui peribunt. Nam cum diabolus thronum suum contra creatoris sui thronum suum in altissimis collocaret elatus superbia hec ausus est nefando ore depromere, ponam sedem meam ad aquilonem (inquit) ascendam super sydera celi, sedebo super montes excelsos, & ero similis altissimo. Item in Salomone, Ne dixeris peccaui & quid accidit michi tristis? Altissimus enim patiens est redditorum.

Si auditum cordis tui scripturis non vis accommodare diuinis, que filium doceant altissimum nuncupatum, vel diabolo crede qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare, Ut eum agnoscat filium a patre (ut vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in euangelio posuit testimonium, Pater qui me misit mecum est & non reliquit me solum, quia que placita sunt ei facio semper. Vnde pro surreptione mandamus, ut omnis cura atque sollicitudo inuigilet, nec fides temeretur aut violetur. Iam nullus est ignorantie locus, nullus vtatur simplicitatis excusatione preterita. Scienti peccare necessaria est consultio, & quod errore contraxit Scientia reformetur. Ista Frater tene & hec doce, Utinam ad plenioris affatus presentie tue nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos & colloquio & presentia tui frui quam sumus ante scripta complexi. Veruntamen probasti dilectissimi me frater quo christianam fidem veneraris affectu, dum ea que ad regulas patrum pertinent & ad mandata catholica sine aliqua culpe transgressionem seruare, & sprete erratica & nocua doctrina catholica & apostolica tenere precepta, & recte fidei regulas docere atque seruare. Hec frater charissime & alia que patrum regulis continentur in labiis & cordibus nostris indiuisa retractatione meditemur, & sicut scriptum est narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes, quia beatus in domino qui in lege eius meditabitur die ac nocte. Hoc & magister gentium secutus discipulum suum instruens admonet, hec meditare, in his esto, subiiciens plenitudinem, attende doctrine tibi quoniam si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura diuino operi, humano locum non relinquit errori. Quod si ea que predicta sunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione recedunt, & constanter questionibus obuiatur ac prauorum intentio cassatur, bonorumque fides & constantior roboratur. Data. viii. Idus, Septembris Diocletiano & Constantino. u. c. c. c. consulibus.

ITEM EPISTOLA MARCELLINI PAPE.

k. iiii.

A **Q**UI LECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS EPIS-
 copis per orientales prouincias constitutis Marcellinus episcopus, Quid tam dulce
 sollicito quam quod michi de vobis innotescunt illa que cupio. Quid tam religio-
 sis conueniens institutis quam ut inter se sacerdotes pacem (quam necesse est aliis pro
 officio annunciare) conseruent. Plena fateor gratulatione suscepi quod votiuam mi-
 chi de caritate que inter vos est ecclesiarum pacem in litteris indicastis, sponte michi quic-
 quid hortari poteram, quicquid monere delatum est, confirmet hoc deus quod est operatus in nobis, &
 que precepit pro animarum salute facienda, hec ipse qui precepit pro ea qua nos redemit pietate faciat.
 Et his tam bonis nunciis nos quoque religiosam sanctorum vicem reddimus nunciorum. Quicquid
 cum orientalibus quos ad ecclesie corpus unitatem reuocatos dudum dei nostri ope litteris signifi-
 cauimus destinatis, denuo cum aptum fuerit repetitis vobiscum participamus indicis. Mox pro no-
 stro edicto ab orientalibus missa legatio est, certa sperauit, certa consuluit, sed facimus de his que fuerunt
 dicenda compendia. Ipsi potius ad instruendam noticiam vestram que a nobis sunt responsa dirigen-
 tes, ne quid sibi sub spacio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet aut error assumat, cum ad rerum
 fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem ad continentiam nostrarum pertinet litterarum,
 oportuit quidem desideria plenius expedire. Quapropter scitote vos a persecutione fratrum & ab om-
 ni litigio abstinere debere, dicite scriptura. Seruum dei non oportet litigare, nec quicquam nocere, sed om-
 nes persecutores ecclesie seruorumque eius vestris redargutionibus corrigere, testante apostolo, argue-
 obsecra increpa. Quecunque ergo contentiones inter christianos orite fuerint, ad ecclesiam deferan-
 tur & ab ecclesiasticis viris terminentur, Maior autem non potest a minore iudicari, nec episcopi pon-
 tifici a quo consecrati probantur prejudicium inferre vllum possunt. Quod si presumptum fuisse co-
 gnoscitur viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica villo modo statuta censer, clericus
 vero cuiuslibet ordinis absque pontificis sui permisso, nullum presumat ad seculare iudicium attrahere,
 nec laico quilibet clericum liceat accusare, detractiones tamen & accusationes atque persecutiones inter
 christianos oppido vitare sunt, quia licet pauci simus in comparatione aliorum, si tamen vnanimes
 fuerimus facilius aduersariis resistemus. Sanctus & enim prothomartyr Stephanus lapidabatur, sed
 Iesus suscipiebat plagas, ideo unicuique prouidendum est, ne aliquem iniuste iudicet, aut puniat ne Ie-
 su iudicet, aut puniat. Et dominus in euangelio ait, nolite iudicare ut non iudicemini, in quo enim
 iudicio iudicaueritis iudicabimini, Vnde & doctor gentium loquitur dicens, hoc igitur dico & testi-
 ficor in domino, ut iam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscura-
 tum habentes intellectum, alienati a vita dei per ignorantiam que est in illis propter cecitatem cordis
 ipsorum. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operatione immundicie, omnisque aua-
 ricie. Vos autem non ita didicistis christum, si tamen illum audistis & in ipso edocti estis sicut est veritas
 in Iesu deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur se-
 cundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre & induite nouum hominem qui se-
 cundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loqui-
 mini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite pecca-
 re. Sol non occidat super iracundiam vestram, nolite locum dare diabolo, qui furabatur iam non furetur, magis
 autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitate patienti. Omnis
 sermo malus ex ore vestro non procedat. Sed si quis bonus est ad edificationem opportunitatis, ut det gra-
 tiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in diem redemptionis
 nostre. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni ma-
 licia. Estote autem inuicem benigni & misericordes donantes inuicem, sicut & deus in christo dona-
 uit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & christus di-
 lexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, Fornicatio
 autem & omnis immundicia, aut auaricia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos aut turpitudine, aut stul-
 tiloquium, aut scurrilitas que ad rem non pertinet sed magis gratiarum actio, hoc enim scitote intelliges-
 tes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus quod est idolorum seruitus non habet heredita-
 tem in regno christi & dei, nemo vos seducat inanibus verbis, propter hec enim venit ira dei in filios dissi-
 dentie, nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre nunc autem lux in domino, ut fi-
 lii lucis ambulate, Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit be-
 neplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redargui-

te. Que eni in occulto fiūt ab ip̄is turpe ē dicere. Omnia autē que arguūtur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen ē, propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te christus. Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes, sed vt sapientes redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed itelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spū loquētes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu christi deo & patri subiecti inuicem in timore christi. Omne enim quod irreprehensibile est catholica deffendit ecclesia, Nō licet ergo imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina presumere, nec quicquam quod euangelicis propheticisq; & apostolicis regulis obuiat agere. Iniustum enim iudicium & definitio iniusta regis metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat, nec quicquā quod contra euangelice, vel prophetice, aut apostolice doctrine constitutionem successorum ve eorum siue sanctorum patrum actum fuerit stabit. Et quod ab infidelibus aut hereticis factū fuerit omnino cassabitur. Vos autē state in fide viriliter agite, & omnia vestra cum charitate fiant, huius rei gratia vt ait apostolus flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu christi, ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur, vt det vobis secundū diuicias glorie sue virtutē corroborari per spiritū eius in interiore homine habitare christum per fidem in cordibus vestris in caritate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo & profundum & altitudo, scire etiam supereminētē scientie caritatem christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus secundum virtutem que operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in christo Iesu in omnibus generationibus seculi seculorum, amen, Data. v. Idus Decembris Diocletiano. vi. & Maximo. viii. iiii. cc. concessi.

DECRETA MARCELLI PAPE.



MILECTISSIMIS FRATRIBVS VNIVERSIS EPISCO-
pis per antiochenam prouinciam cōstitutis Marcellus, Sollicitudinem omnium ecclesiarum iuxta apostolum circunferentes diuine circanos gratie memores esse debemus, qui nos per dignationis sue misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotalis prouexit, vt mandatis ipsius inherentes in quadam sacerdotum eius specula constituti prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Vnde directis per bonifacium diaconum nostrum litteris admonemus, vt que male pullulant abscindantur, & malefacta corrigantur, atq; bona sectentur, & patrū nostrorū exempla & statuta imitentur. Rogamus ergo vos fies vt non aliud doceatis, neq; sentiatís quam quod a beato Petro apostolo & a reliquis apostolis & patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis: ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alteros sequi, ipse enim caput est totius ecclesie cui ait domini, Tu es Petrus & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam. Et reliq;. Eius enim sedes primitus apud vos fuit que postea iubente domino Romam translata est, cui adimiculante gratia diuina hodierna presidemus die. Nec ab eius dispositione nos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negocia diuina disponente gratia iussa sunt referenda, vt ab ea regulariter disponantur a qua sumplere principia, si vestra vero antiochena que olim prima erat Romane cessit sedi, nulla est que eius non subiecta sit ditioni, ad quam omnes quasi ad caput iuxta apostolorum eorumq; successorum sanctiones episcopi qui voluerit vel quibus necesse fuerit suffugere eamq; appellare debent, vt inde accipiant tuitionem & liberationem vnde acceperūt informationem atque consecrationem. Quod omnibus minime cōuenit denegare episcopis, sed absque vlla custodia aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione libere ire concedatur. Simulque idem inspirate domino constituerunt, vt nulla synodus fieret preter eiusdem sedis auctoritatem, nec vllus episcopus nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate cōuocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiat vel iudicetur: quia vt paulo superius prelibatum est episcoporum iudicia & summarum causarum negocia siue cuncta dubia apostolice sedis auctoritate sunt agenda, & finienda, & omnia comprouincialia negocia huius sancte vniuersalis & apostolice ecclesie sunt retractanda iudicio, si huius ecclesie pontifex preceperit. Nec cui liceat sine pre-
k. iiii.